UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agrippinae, 1684**

48. Prælati an habentes territoria separata, possint Confessarios approbare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library

## *QVÆSTIO XLVI.*

Utrum in Exemptionum materia à Juriſdictione temporali ad ſpiritualem inferri poſſit?

NEutiquam; quia Dominium, ſeu Juriſdictio temporalis nihil habet commune cum ſpirituali. *c.*1. *de Relig.dom. Glo.c.*1.*verb.diviſis.diſt.*10.*glo. Clem.ne Rom.*§. *ſanè,verb.Diœceſim de elect.Hoſt.c.ſuper eo n.*3.*de paroch.& in c. querimoniam n.*2.*ubi Butr.in fi. de Iure Patr. c.cum cauſſam n.* 12.*verſ.ſecundo ſcias de prob. Guili. de Monte laud. Clem. Paſtoralis n.*21.*de re Iud.Farin.dec.*324.*num.*10.*part.*1. niſi tamen exemptionis verba ſint pleniſſima, quæ omnimodam exemptionem, & utramque ſpeciem comprehendat, qua de re vide infra *q.* 55.

## *QVÆSTIO XLVII.*

Præſcribi an poſſit in aliena diœceſi territorium ſeparatum?

1. *Ius non admittit in myſtico corpore duo eſſe capita.*
2. *Præſcriptio operari non poteſt, ut territorium ſit ſeparatum ab Epiſcopo.*

1 MInimè: eſſet enim Monſtrum myſticum, myſtici corporis habere myſtica duo myſtico in corpore capita, quod jus non admittit. *Hoſt.cap.cum contingat num.* 1. *de foro comp. in cap. quanto n.* 13. *& cap. Quoniam n.* 2. *de offic. ord. Farin. dec.* 324. *num.* 11. *part.*1. Cùm enim Epiſcopatus ſit unum corpus, cujus caput eſt Epiſcopus, ſi ponantur uno in Epiſcopatu duo Epiſcopatus capita, fiet unum corpus myſticum, duo habens myſtica capita, quod ut eſt prodigioſum & à natura abhorrens, ita etiam à jure alienum. *Hoſt. d. loco Butr.d.c.cum contingat nu.*11.*verſ.de conſuetudine ubi Abb.nu.*18.*&* 19.*Bellarm.nu.*15. Proinde, veluti irrationabile per perſcriptionem conſuetudinemve acquiri non poteſt. *Gabr. de præſcript. Concl.*1.*num.*8. *&* 38.

2 *Far.d.dec.*324.*n.*11.*in fin.* Neque obſtat, quod utraque Juriſdictio Epiſcopalis ſcilicet Diœceſana, & Juriſdictionis, præſcriptione acquiri poſſit. *Rota dec.* 2. *de Præſcr. in Noviſ. Abb.d.cap.cum contingat num.*11.*de foro comp.* Id enim non aliter intelligendum eſt, quam ſi velint præſcribere quaſi ſub Epiſcopo: nam ſi præſcripſiſſent territorium ſeparatum, amplius ſub Epiſcopo eſſe dici non poſſent. *Abb.d.c.cum contingat num.*18 *Farin.d.deciſ.*324.*n.*12.*part.*1.

## *QVÆSTIO LXVIII.*

Prælati habentes territoria ſeparata, an poſſint Confeſſarios approbare.

NEutiquam: id enim privativè ad Epiſcopum ſpectat, uti ſacrum Rotæ auditorium judicaſſe refert Proſper Farinaceus *dec.* 332.*part.*1. eſtque Epiſcopus eo in jure manutenendus, donec alius de immemoriali præſcriptione per tres ſententias conformes docuerit. *Farin.ibid.n.*4.

## *QVÆSTIO LXIX.*

Quis debeat probare locum eſſe de diœceſi?

Panor-